

Lib. III. Tit. I.
De Postulando.

- §. 1. *Postulat*, h. e. desiderium suum vel aliis in jure exponit, aut aliterius desiderio contradicit quispiam
 vel proprio nomine, diciturque Dominus litis
 vel alieno, litem
 vel administrando vice Domini, & quidem
 vel ad ejus mandatum, ut *Procurator* } vid. Tit. 3.
 vel sine mandato, ut *Defensor* }
 vel instruendo, hoc est, jus suggerendo, ut Patronus seu *Advocatus*. vid. quæ mox seq. h. t.
- §. 2. *Prohibentur* postulare apud eum, qui jurisdictioni præest,
 vel simpliciter, pro se & pro aliis, minor 17. annis.
 vel secundum quid pro aliis (non pro se)
 1. omnimodò, ut *fæmina*.
 2. exceptis certis personis, ut *Infames*.
 Vid. quæ seq. Tit. 2.

A D V O C A T I

- §. 3. (I) *Officium*, laudabile prorsus & necessarium indeq; privilegia-
 tum, spectatur
 vel materialiter secundum causas, quæ sunt
 1. vel *dubie*: ubi *Advocatus* in explicandâ causâ pro utraq;
 parte laborare, & partes ad transigendum inducere
 potest.
 vel *manifestò injusta*: quas *Advocatus*, quàm primùm no-
 vit, deserat,
 Etiam si juramento se perseveraturû inscius promiserit.
 Nec ad transigendum partes inducat.
 Clientuli tamen admoniti exceptiones justas urgere
 licet.
 Ignorans probabiliter (non crasse) causam esse injustam,
 excusatur.

& vel.